Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



283
250

qd estis secundum gratiam que data est mihi ut
sapiens architectus fundamentum posui. Alius
Alius autem superedificat. Unusquisque autem videat
quomodo edificet. Fundamentum enim aliud neq
potest poni preter id quod positum est.
quod est xpus ihus. Si quis autem sup edificat sup
fundamentum hoc aurum et argentum. lapides
pciosos. ligna fenum. stipulam vnusquisq; op
manifestum erit. Dies enim dni declarabit. quia
in igne revelabitur: et vnius cuiusq; opus qle
sit ignis probabit. Si cuius opus manserit qd
sup edificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus
arserit detrimentum patietur: ipe autem saluus erit
sic tamen quasi per ignem secundum Lucam.
In illo tpe. Dixit ihus discipulis suis. Non est
arbor bona. que faciat fructus malos. neq; arbor
mala faciens fructum bonum. Vnaquaeq; arbor
de fructu suo cognoscit. neq; enim de spinis colligunt
ficus. neq; de rubo vindemiant vuam. Bonus
homo de bono thesauro cordis sui profert bonum
et malus homo de malo thesauro profert malum
Ex habundancia enim cordis os loquit. Quid
autem vocatis me domine et non facitis que dico
Omnis qui venit ad me. et audit sermones meos
et facit eos. ondam vobis cui similis sit. Similis
est homini edificanti domum: qui fodit in altum
et posuit fundamentum supra petram. Inundata
autem facta: illisum est flumen domui illi: et
non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra
petram Iacobum pbri et confessoris Os iustiae